



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De manasse [et] obitu esaie. ca. xxxij

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Regum Quarti

appellavit. Hic primus cogitavit militibus de-
dit. Imperiale largitione in sui primotoe Ja-
nuarii et februarii anno addidit, fundamē-
ta capitoli fecit. Sibylla erythrea claruit.

De manasse et morte esate.

Capitulum XXXII.

Ost ezechiam re-

Pgnavit manasses filius eius pro
eo, et annorum erat cum regnare ce-
pisset, et lxxv. annis regnavit in hierlm: et fecit
malum coram domino. Edificavit ei excelsa quae dissi-
pauerat patres eius: et erexit aras baal et lucos et
extruxit altaria militie celi in duobus atrijs te-
pli: et posuit idolum luci in templo domini, et tradu-
xit quedam filium suum per ignem topbet, ariolos, au-
gures, phitonem, et aurospices multiplicavit,
et errare fecit iudam in vijs gentium. Quis argue-
ret eum prope missi a domino nemini eorum parcebat
sed placeas hierlm prophetarum sanguine purpu-
rauit. Insuper aliorum sanguine innoxius fudit
multum nimis donec impleret hierlm usque
ad os. Esatis quoque autem maternum semper hebreosyl
affine suum eiecit extra hierlm circa piscinam
siloe terra lignea per medium secari fecit. Qui dum
in principio secandis angustiaretur, petijt sibi da-
ri aquam ut biberet, et cum nollet ei dare: dominus
de sublimi misit aquam in os suum et exspiravit,
nec tamen carnifices desistit a secando. Et ob hanc
aquam missionem confirmatum est nomen siloe: quod inter-
pretatur missus, nec sepelietur eum in sepulcro
prophetarum, sed sub quercu rogel iuxta transitum
aquarum: quem fecerat ezechias in memoria mi-
raculi quod fecerat dominus in aquis illis ad preces
esate. Tradit enim epiphanius quod dum sennacher-
rib rediret ab egypto promissit exercitum ad obsi-
dendam hierlm: quae castrametata est circa piscinam
nam siloe ut aqus eius vterentur. Eratque piscina
quasi communis, nam et ciues ad eam descendere po-
terant et hostes. Oriens autem esatas obtinuit a
domino: ut cum egrediebantur ciues erant ibi aque si-
cut puer. Cum pro accedebant hostes siccabantur
aque prostratis: ita ut mirarentur assyrii vnum centum
aque in vrbe. Porro in ingem memoria huius
facti: adhuc aquae siloe non ingiter: sed incertis
hominibus ebullit. Quis in propria persona accessit
fuisse sennacherib: facta est strages supradicta
in exercitu ipsius. In tante rei memoria plus
glorioso prophetam sepelivit in loco predicto: ut etiam
ostentio eius post mortem indefinenter huius
aque beneficio potirentur. Alii libri habent

in hoc loco orationem manasse quae ponitur in fine
secundi paralipomenon, id eo non habet neces-
se hic poni: cum etiam plura exemplaria eam in
hoc loco non contineant.

De morte manasse.

Capitulum XXXIII.

Misit ergo do-

Misit ergo dominus
aduersus manassen regem ba-
byloniorum quae depopulata est iudam:
et manassen dolo captum traxit in babylonem et
pluribus afflictis tormentis. Et intelligens ma-
nassen hanc esse manum domini legit penitentiam, et inter-
te oravit ad dominum, et misertus dominus reduxit eum
in regnum suum. Qui cum venisset hierosolymam
deleuit idola, lucos et aras quae fecerat: ita ut in
memoria horum nihil superesset. Et restituit cultum
domini sicut prius: et populum idipsum docuit, et sic a
priori perversitate mutat est ut non sine gra-
tiae admiratione vitam ageret beatam. Duos quoque
ciuitatis et turres et antemuralia multa mu-
nitione firmavit. Et mortuus est manasses: et
sepultus in horto domus suae: in horto azar, et re-
gnavit amon filius suus pro eo.

Incidentia.

In diebus manasse sibylla erophila claruit
in iam: vnum et samia dicta est. Partheni-
rentum prodiderit. Blarcus de choo insula primus
ferri glutinum intra se excogitavit. Tertius ro-
manorum rex tullius hostilius. Hic primus res
gum romanorum purpura et fascibus usus est. Qui
post longam pacem bella reparavit. Albanos
vegetes, fidenates vicit: adiecto more cello
ampliauit urbem. Tandem cum domo sua
fulmine conflagratur.

De amon et iofia.

Capitulum XXXIII.

Oro, xxii. anno

Primus erat amon cum regnare cepisset:
et duobus tantum annis regit in hier-
salem. Tullius, lxxv. dicit, et lxx. Qui fecit malum coram
domino sicut patris sui in iuuetute sua fecerat, et tes-
tenderat ei insidias serui sui, et interfecerant
eum in domo sua. Populus autem percussit eos quae in-
terfecerunt regem et sepeliet eum cum patre suo et statu-
erunt sibi regem iofiam filium eius pro eo. Octo annorum
erat iofias cum regere cepisset, et xxx. annos reg-
uit in hierlm et ambulavit per omnes vias dauid patris
sui. Non declinavit ad dextram neque ad sinistram
Qui in quarto regni sui anno erat eius, et lxx. et lxx. et
de iosephus pietate et iusticia mirabile in se iam